

mergitur planta, eo tenuior est, neque aliter esse potest. Eadem ratio obtigit, si aqua manante nata sit; nam utro-  
bique vis pressionis aquæ major est d).

## §. 27.

Sed etiam plantæ terrestres gracilescunt in aqua, quam ob rem inconsuetam adipiscuntur formam, novarumque spe-  
cierum præbuerunt ansam. Ex. gr. *Alopecurus genicula-  
tus* β. *natans*, foliis longissimis natantibus; cuius spicula,  
hanc ob causam depauperata, aristos breviores gerit. Quo magis enim tribuitur foliis, tanto plus detrahitur floribus.  
(Cfr. *Sparganium natans*, sterilis in flaviis; *Scirpus acicu-  
laris*, in stagnis sterilis, in quo statu præcipuum est Ana-  
tum, et Anserum alimentum; in siccis tandem fructificat.  
*Juncus supinus* var. *fluitans* sterilis. Ex quibus intelligi-  
tur, maximam vim fructificationis pessimumdari in aqua, in  
quo elemento folia maxime luxuriant).

Quare illud mihi summo jure contendere videor, vel etiam, si fas esset, postulare tamquam communem a natu-

---

d) Nisi valde hallucinor, multi Potamogetones novi, multæ Charæ, nee non vegetabilia subaquanea, in scriptis botanicorum novâ specie emerserunt, quæ natura, fatali quedam casu, profundius altiusque in mare demersit.